



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

39 Homicida sine dispensatione ordinandus non est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

c. 1. & 2. de temp. ord. in 6. & c. Lugdunenſis 9. q. 2. & Cōc. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. de ref. preſertim cum cauſa, cur Papa ſua gratiam limitauit, vt impetrans ab ordinario ſuo tantum ordinaretur, ſuit ne ordinatio præiudicium fieret; aut Concilio Tridentino ubi ſupra, ſtatuenti, vt ordines a proprijs Episcopis aſſumerentur, derogaretur: Nihil autem Episcopo conſentienti, vt ab alio ordinetur, præiudicatur, cum ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, aut dolus cap. ſcienti. de regu. iur. in 6. Sed neque Concilio derogatur, cum expreſſe permittat, vt per reſcriptum quis ab alio Episcopo promoueri poſſit, dummodo probitas, & mores eius a ſuo Episcopo commendentur.

DECISIO XXXVI.

Ex conſ. 35. alijs 7.

36 **O**rdinatus ante legitimam ætatem ad ſubdiaconatum, Diaconatum, & presbyteratum, illiſque vſus ordinibus ante vllam diſpenſationem, ter ſuſpenſus eſt, & toties irregularitatem incurrit, quoties ordinibus illis vſus ſit, ante obtentam diſpenſationem, & abſolutionem. Extra. cum ex Sacram. & ex Nau. in Man. c. 27. nu. 70. & cap. 27. nu. 141. a quibus irregularitatibus nec per Bullam Cruciatæ, nec per alia iubilæa abſolui, aut liberari poteſt, & ſi beneficium aliquod poſt incurſam irregularitatem, ante eius ſublationem ei conferatur, collatio illa propter irregularitatem præcedentem nulla eſt. Innoc. in c. cum noſtris, de conceſſ. præb.

DECISIO XXXVII.

Ex conſil. 36. alijs 1. de ſacram. non itiner. and.

37 **S**uſcipiens ordines ſacros, antequam minores ſuſcepſerit, & poſtea minores ſuſcipiens, & iterum maiores, & tandem beneficium, per priorem promotionem ad ſacros per factum, ſolum eſt ſuſpenſus, ita Nau. in Man. c. 25. num. 71. & c. 27. nu. 242. propter iteratam vero ſacri ordinis ſuſceptionem, irregularitatem incurrit, c. t. diſt. 68. propter quam incapax etiam ad beneficium accipiendum effectus eſt ex Nau. in Man. c. 27. nu. 246.

DECISIO XXXVIII.

Ex conſ. 37. alijs 6. de corp. vitiat.

38 **Q**uamuis ſuidacter, ſeu diſſiciliter audiens, presbyter ordinari poteſt, qui tamen omnino ſurdus eſt, presbyter ſine peccato ordinari non poteſt; talis autem ordinatus ſine diſpenſatione, & licentia Papæ Miſſam ſolus & ſine Miniſtro reſpondente celebrare non poteſt, cum de iure Miſſæ celebrandæ duo ſaltem intereſſe debent, cap. Hoc quoque, de conſecr. d. t. & glo. in c. cum noſtris, de conceſſ. præb. cum licentia vero Papæ, ſolus ſine Miniſtro reſpondente, cum illum audire nequeat, in loco priuato, & ſecreto celebrare poteſt.

DECISIO XXXIX.

Ex conſ. 38. alijs 40. de Homicid.

39 **Q**ui cum alijs multis auctoritate publica Bannitos inſequendo, aliquem illorum occidit irregularis efficiatur, nec ſine Papæ diſpenſatione ad ordines promoueri poteſt, c. fin. de temp. ord.

DECISIO XL.

Ex conſ. 39. alijs 3. de filijs presbye.

40 **I**llegitimus obtinens diſpenſationem a Papa ad Episcopatum ſuum, vt ſecum diſpenſet, & antequam dictus Episcopus commiſſionem exequitur, prima tonsura iniuriatus Canonicatum a Papa impetrat, & tonsuram accipiendo peccat, & canonicatus obtentio inuálida redditur; eo quod commiſſio ad diſpenſandum, ea non ſecuta, nihil operatur, & prouiſio canonicatus facta illi a Papa non valet, quia in eius collatione ſupponitur cum eo diſpenſatum eſſe ſuper defectu Natalium, cum tamen diſpenſatum non ſit, ſed ſolum mandatum, vt cum eo ab Episcopo diſpenſetur.

DECISIO XLII.

Ex conſ. 40. alijs 7. de cler. excom. miniſtr.

41 **Q**uamuis olim ordinatus extra tempora ipſo iure ſuſpenſus non erat, ſicut nec ante legitimam ætatem ordinatus, ſed ſolum ſuſpendendus ſit; c. cum quidam, c. vel non eſt compos, de temp. ord. hodie tamen vterque ipſo iure ſuſpenſionem incurrit, Extr. cum ex ſacrorum, & Nau. in Man. c. 25. nu. 71. & c. 27. nu. 242. & etiam per factum promotus, & ſi antequam abſoluantur a ſuſpenſione acti aliquo proprio ordinis accepti vtantur, irregularitatem incurrunr, d. Extr. cum ex ſacrorum, & c. 1. de re iud. in 6. & c. 1. de ſent. excom. in 6. ſuper qua irregularitate ſic per violationem cenſuræ incurſa, ſolus Papa diſpenſat, ſi non ſit occulta; Nam diſpenſandi facultas, per Concilium ſeſſ. 14. c. 6. de ref. Episcopis data, æque ad irregularitates incurſas ob violationem ſuſpenſionum, ac ob alias cauſas extenditur; Semel autem irregularis licet grauius peccet celebrando, nouam tamen irregularitatem non incurrit, ex eo ſolo quod exiſtens irregularis celebret, ex Innoc. in cap. ſi celebret, de cler. excom. miniſtr. & Nau. in Man. ca. 24. nu. 194.

DECISIO XLII.

42 **I**llegitimus licet irregularis ſit, c. 1. & ſi. de fil. presb. non tamen eſt ſuſpenſus, quia nemo ſuſpenditur ſine propria culpa, ſicut nec aliquis ſine propria culpa excommunicatur; interdicitum, autem etiam propter alienam culpam ferri poteſt.

DECISIO XLIII.

Ex conſil. 41. alijs 1. de his qua vi met. cauſa ſunt.

43 **Q**ui ob reuerentiam patris, vel Regis, aut alioquin alterius ordine ſacro initiati ſe conſentit, alijs non conſenturus, vere ordinatus eſt; Arg. c. maiores, ſi item quantur, de Baptif. cum facta per metum ſimpliciter voluntaria ſint; licet ſecundum quid inuoluntaria; ex S. Tho. 2. 1. q. 6. art. 6. & Nau. in Man. prælud. 6. nu. 4. & coacta voluntas, voluntas eſt c. Merito, 1. q. 1. vnde vt quis ordinetur ſatis eſt conſenſus non ſolum abſolutus, ſed etiam conditionalis illius, qui conſentire poteſt: quamuis non in eo qui non poteſt conſentire, cum & in ſans incunabilis exiſtens, & amens, ſine vilo eorum conſenſu characterem ordinis ſuſcipere poſſit; Quoniam aliud eſt conſentire, & aliud diſſentire, ſicut aliud eſt velle, & aliud nolle; ſolus autem diſſenſus abſolutus omnino ordinis aſſumptionem impedit.

DECISIO XLIV.

Ex conſil. 42. alijs 17.

44 **O**rdinatus vique ad Diaconatum incluſiue ad titulum patrimonij donati ſibi a fratre, & ad preces eiusdem renuncians poſtea illud eidem fratri ſuo, & poſtea ſine alia donatione fratris aſſumens presbyteratum virtute prioris donationis, nec cenſuram aliquam, nec irregularitatem incurrit, cum id nullo iure cautum ſit, renunciatio autem tituli ab ordinato ad Diaconatum ipſo iure nulla eſt, vt ait Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de ref. nec præſtat impedimentum, quod iure non ſortitur effectum, c. non prætat, de regul. iur. in 6.

DECISIO XLV.

Ex conſ. 43. alijs 38.

45 **E**piscopus ab omni ſuſpenſione a iure lata, & Papæ non reſeruata abſoluere poteſt: & conſequenter clericum ad alieno ſine literis dimiſſorijs ordinatum a ſuſpenſione ſic incurſa abſoluere valet, c. Lugdunenſis, 9. q. 2. & comprobatur Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. de ref. illamque ordinatum in ſuam iniuriam factam approbare poteſt.

DECISIO XLVI.

Ex conſil. 44. alijs 24.

46 **A**nte legitimam ætatem eccleſiam parochialem obtinens, & poſt eam adeptam in legitima ætate, & temporibus ſtatutis, cum literis dimiſſorijs ſui ordinarij ordinatus ad ordines ſacros ad utrumque illius, peccat,